



**Totivs Ivris Canonici Compendivm, Siue, Brevis Svmma In
Qvinque Libros Decretalivm Sacri Concilii Tridentini
Decretis Accommodata**

In Qva Ivris Canonici Primæ Institutviones, seu Elementa ita traduntur, vt plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac Doctorum receptorum auctoritate communiuntur ...

Axel, Johannes Honorius van

Coloniae Agrippinae, 1656

De purificatione post partum. Titulus XLVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61552)

quadragesima in qua solent excipi quarta & sexta feria ac sabbatum, cap. sabbato cap. jeiunia sane de consecr. dist. 3. ac tota hebdomas sancta, c. 1. c. non liceat c. non oportet de consecr. dist. 3.

De purificatione post partum.

Titulus XLVII.

SUMMARIA.

- 1 Purificatio post partum ob reverentiam templi per legem mosaicam fuit introducta.
- 2 Postquam umbra legis evanuit si mulieres post prolem emissam actura gratias ecclesia intrare voluerint nulla inde peccati mole gravantur, si ex veneratione voluerint abstinere aliquantis per, earum devotio non reprobatur.

IEIUNIA indicta sunt ob reverentiam festivitatum; purificatio post partum ob reverentiam templi per legem Mosaicam; quia tamen gratia, & veritas per IESUM Christum facta est, postquam umbra legis evanuit, & illuxit Evangelii veritas, si mulieres post prolem emissam acturae gratias ecclesiam intrare voluerint, nulla proinde peccati mole gravantur, nec ecclesiarum est eis additur denegandus, ne poena illis videatur converti in culpam; si ex veneratione voluerint aliquandiu abstinere, devotio earum non improbat, c. unico hoc tit.

* * *

Summa in Decretal.

De ecclesiis edificandis, vel reparandis.

Titulus XLVIII.

SUMMARIA.

- 1 Ecclesia una in praedictum aliter Ecclesia sive infra ipsius limites construi non debet.
- 2 Fallis primo quando non possunt parochiani ob locorum distantiam sive difficultatem sine magno incommodo Ecclesiam matricem adire unde non valent congruo tempore ecclesiasticis officiis interesse.
- 3 Secundo, propter temporis qualitatem.
- 4 Tertio, propter incrementum populi.
- 5 Quarto, in leprosis quibus permittitur absque praedictio antiquarum parochialium habere ecclesiam propriam & presbyterum.
- 6 Ecclesia construenda est auctoritate episcopi.
- 7 Praefinita per eum qui edificare vult dote qua sufficiat, si ecclesia est secundum numerum collegiarum & qualitatem collegii ad luminaria & stipendia.
- 8 Si parochialis est ad sustentationem duorum ad minus vel trium.
- 9 Dotis constitutione omissa in fundatione, non debet consecrari Ecclesia nisi dos ei prius fuerit assignata.
- 10 Quod si utroque tempore dotis constitutio omissa fuerit adhuc tenentur fundatores eorumque haereses ad dotandum & eis non existentibus solvendo datur actio contra episcopum.
- 11 Ecclesia construenda non potest conferri privilegium ut valeat ex tunc.
- 12 Neque etiam eidem potest donari.
- 13 Sed legari eidem ut haeres institui potest.

PPPPP

14 Pa-